



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Verus Ecclesiasticus Vocationem suam cognoscendi Avidus, Eidemqve Correspondendi Studiosus**

**Mansi, Giuseppe**

**Francofurti ad Mœnum, 1693**

Cap. V. Quam debeat exulare ab Ecclesiasticorum cordibus avaritia, &  
quomodo Deus illam in ipsis puniverit

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38106**

dum evigilat, adhuc hæret in sopore, non dormit, sed mortuus est saluti.

Caput Quintum.

Quam debeat exulare ab Ecclesiasticorum cordibus Avaritia, & quomodo DEVS illam in ipsis puniverit.

Al. Avaritia

21. 1. 15

Al. Avaritia

21. 1. 15

Inter alia maximi momenti monita, quæ S. Petrus pro majori Ecclesiæ stabilitate posteris suis transmisit, unum est singularis notæ, maximæque considerationis, quo illos excitat, cordaque Ecclesiasticorum disponere satagit, ad fervorem salutis animarum, eademque abstrahenda à nimia rerum temporalium sollicitudine: *Pascite (dicit) qui in vobis est gregem DEI, non turpis lucri gratiâ; 1. Petri. 5. vers. 23.* qua monitione inlinuat, quantam illi, qui sunt ordinis Ecclesiastici, debeant habere animarum curam, si opere ipso correspondere velint nomini suo ac vestri, nec quærere aut desiderare debeant

O 3

aliam





aliam hæreditatem aut thesaurum, quem  
Christum, conformiter protestationi illi  
quam quisque fecit, dum ad sacros Ordines  
fuit introductus, *Dominus pars hæreditatis  
meæ.*

Primis Ecclesiæ temporibus, dum adhuc  
in auribus primorum Ecclesiasticorum reser-  
naret vox illa à Redemptore ad ipsos al-  
que fideles directæ: *Ubi est thesaurus tuus  
ibi & cor tuum erit*, mirabantur defertis, ac  
ni ante suos pedes ingentes summas aurum  
argenti è divenditis patrimoniis redactas  
omnesque qui sua taliter dereliquerant cor-  
mo corde, plenoque affectu se consecratis  
paupertati, quod ingeniosa phrasi deducit  
Lucas: *Act. 4. 3. Ponebant ante pedes Apo-  
stolorum*, ut intelligerent, pedes Apostolicos  
eodem honore ac despectu habere debere  
rum & lutum, ex quo tandem id evenit, prout  
Spiritus sanctus ipsemet attestatur, quod  
*virtute magna reddebant Apostoli testimonium  
Resurrectionis Jesu Christi*, per conversionem  
tot millium animarum; & quod postea  
psit S. Paulus: *nostra conversatio in caelis  
erantque hi effectus*, nobilis illius ac ge-  
rosi despectus terrenorum, quocumque  
vivebant in mundo.

Extra se præ admiratione quodammodo



rapitur dignissimus Massiliensium sanctissi-  
musque Presbyter Salvianus, l. 2. adv. avar.  
dum modum, ordinemque considerat, quo  
Christus Redemptor mundi primos vocavit  
Ecclesiasticos ad lucrum animarum per præ-  
dicationem Evangelicam: Nolite, insinuat  
ipsis S. Matthæus, cap. 10. possidere aurum ne-  
que argentum, neque pecuniam in zonis vestris,  
non peram in via, neque duas tunicas habeatis.  
Possumne concipere, dicit magnus vir ille,  
majorem rerum temporalium contemptum?  
Quid amplius dici potest? Peram de Apostoli  
manu rapuit, & peragrantibus universum  
mundum ministris suis, usum unius virgule non  
reliquit. Et post hæc parum est successoribus eo-  
rum, id est Levitis ac Sacerdotibus, tanta divi-  
narum rerum administratione fungentibus, si  
ipsi tantum divites fuerint, nisi etiam heredes  
divites relinquunt. Erubescamus, queso, hanc  
infidelitatem.

In concilio sexto Parisino, sub summo Pon-  
tifice Gregorio Quarto celebrato, Anno salu-  
tis nostræ 29. capite decimo tertio narratur,  
sanctum Ambrosium Archi-Episcopum Me-  
diolanensem incessantes fudisse lachrymas, eo  
quod videret infectam Ecclesiam, radice ac  
origine omnis mali, avaritia; dicebatque  
ab illa provenire infortunia ac calamitates

Handwritten notes in the right margin, including the word "Missi" and other illegible scribbles.





omnes, quibus illo tempore, felix alias, tum  
 infelix, conflictabatur, ac premebatur  
 Italia, utque & sibi ipsi ac aliis efficaciter  
 liquod suggereret motivum ad tantam fugien-  
 dam ac detestandam pestem; *Veni mihi*  
*frater*, inquiebat, *quia nec sine mundi proce-*  
*mur, ut tam gravi jugo servitutis liberari vo-*  
*mus, quod demergit usque ad profundum*  
*ferni, ut faciamus nobis amicos de Ma-*  
*mona iniquitatis, qui nos recipiant in*  
*terna tabernacula.* O, quam gravi cap-  
 oneratus summâ comparebit coram rigoro-  
 so divinæ Justitiæ tribunali Ecclesiasticus  
 qui pecuniam suam possederat cum avari-  
 ritia, detinuerat in injustitia! Depre-  
 rat id S. Gregorius Papa *Lib. 9. Ep. 57.* scribit  
 Episcopo Arelatensi: *Tenet captivum*  
*seva cupiditas, & licitum suadet esse malum*  
*quod imperat, atque id agit, ut uno eodemque*  
*gladio & dantem, & accipientem inter-*  
*Quis igitur posthac locus contra avaritiam*  
*tus esse prevaleat, si Dei illi à pravis sacerdo-*  
*bus aperitur Ecclesia? Quando ovium*  
*inviolata custodiet, qui intrare lupum in-*  
 Ubi evulsa, ac eradicata est avaritia ex corde  
 dicit S. Ambrosius, *Lib. 3. Ep. 1. const. 10.* ibi  
 cum securitate ad tribunal Dei, subiturus  
 cum gaudio statera illa, in qua pondere san-



Quatuor actiones librantur : *Quam beatus, qui radicem vitiorum resecare potuerit avaritiam, is praefecto statera hanc non reformidabit.*

Atque hoc ipsum intendit Oseas Prophetam 4. juxta mentem ejusdem S. Pontificis Gregorii, dum dicit: *Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum.* Cur autem peccata populi comedere dicuntur, commentatur praefatus S. Doctor, nisi quia peccata delinquentium fovent, ne temporalia stipendia amittant. De talibus locutum fuisse psalmistam David, ps. 13. credit S. Hieronymus, dum dixit: *Qui devorant plebem meam sicut escam panis.* Optime quadrat similitudo ista, dicit Sanctus, ii, qui debebant esse custodes, sunt devoratores, illudque verificatur, quando ob proprium interesse, non audent reprehendere vitia, crimina, ac excessus plebis: *Sacerdotes dissimulant, atque laudant peccata populi, ut plurima ad eorum questum ferantur victima, & ita populum spoliant, atque comedunt.* Abusum hunc ita detestantur Ecclesiae Patres, ut in concilio Cabilonensi secundo sub Leone III. anno 813. celebrato, canone sexto, severissime haec mandet, ac praescribat: *4. serm. 10. 2. Animarum salutem inquirere sacerdotes, non lucra terrena debet; & parum infra, representando Ecclesiae consuetudinem, subjungit: Ecclesia sancta, non solum fideles*

○ 5

spolia-

ALPHASI

21115

11115

11115

11115

11115

11115

11115

11115

11115

11115

11115

11115

11115

11115

11115

11115

11115

11115

11115

11115

11115

11115



spoliare non debet, quin potius inopibus op-  
ferre, ut debiles, pauperes, vidua, orph-  
ni, & ceteri necessitatem patientes, à sancti  
Ecclesia, ut puta pia matre, & omnium gub-  
natrice, subsidium accipiant.

Accuratè ponderat S. Ambrosius dicit  
illud sancti Pauli Apostoli, quo præpositi  
Ecclesiasticos sui muneris & obligatio-  
memores reddit: *ad Titum. c. 1. v. 7. Opus  
Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispen-  
satorum, & quam magnos illos recognoscit  
titulum Dispensatoris DEI, eo amplius  
ipsum execratur, tantoque encomio ma-  
gnos æstimat, ob vitium avaritiæ fra-  
clericali nimis quam familiaris, idcirco  
que dicit: Ep. lib. 3. ver. Eccles. Quomodo  
conveniunt sibi dispensantis misericordia,  
cupientis avaritia? Et ut demonstrat,  
quo consistant veræ Ecclesiastici divitiæ  
digito quasi id indicat: Ille est dives  
Ecclesia, qui pauperi, non sibi dives.*

Gloriari equidem possint Ecclesiastici  
nobili illo titulo portionis sibi debiti  
quæ est Deus ipse, de qua & in ordinan-  
ne ipsorum, & in psalmodia frequens  
mentio: *Portio mea Dominus*: verum, ca-  
te, clamat S. Archi-Episcopus, si in corde ve-  
stro locum dederitis avaritiæ, non habebit  
Christus



Christum pro portione in terra, nec eundem pro hæreditate in cælo: *Non quicumque dicit, portio mea Dominus. Non avarus dicit, quia venit avaritia, & dicit: mea portio es, ego te subditum habui, mihi servivisti, mihi te in illo auro vendidisti, mihi te in illa possessione adjudicasti.* Ecce ad quam infelicem deveniat servitatem homo Deo ac altari consecratus, dum se seduci ac vinci sinit suis à cupiditatibus. Transmutatur assidua sacræ scripturæ lectio, statui suo debita ac correspondens, in lectionem librorum de mercatura, aliisque secularibus negotiis tractantium, hique semper sunt præ manibus: dignitatem conditionis suæ, Regiâ superiorem altioremq; vilipendit, ut œconomix curisque domesticis inserviat, & cor illud, in quo nihil aliud deberet splendescere aut relucere, quam cogitationes de Deo, de Paradiso, rebusque cœlestibus, fit proprius nidus, ac receptaculum abjectissimarum specierum, ac eloaca terrenarum fordidum, immundi lucri, ac proprii emolumentum, magisque angitur ac cruciatur mundanis curis, etiam sæpe in choro, quam maximus mercator in foro. Quam indignum est videre illum, cui commissa est legatio componendi, ac confirmandi pacem inter DEUM & hominem, semper agentem, discurrentem,



rentem, ac occupatum, non cum Deo  
 in precibus, aut sacrosanctis sacrificiis  
 sed vel in tribunali pro litibus, vel apud  
 collybistam pro cambiis, vel in foro pro  
 mercibus, oblitum planè tremendæ illius  
 Apostolicæ sententiæ: 2. ad Timoth. 2. *ve-*  
*Nemo militans DEO implicet se negotiis*  
*cularibus*, illiusque dispositionis seu  
 ordinationis primi Carthaginensis concilii  
 in quo expressè præscribitur: cap. 4. *qui*  
*serviunt DEO, & annexi sunt*  
*oro, non accedant ad actus, seu ad ad-*  
*strationem, vel procurationem domorum*  
*interminando etiam iis, ut, aut Cl-*  
*ei sint sine actionibus domorum, aut*  
*res sine officio clericorum. Quomodo*  
*runt lachrymæ Jeremiæ) obscuratum*  
*aurum, mutatus est color optimus,*  
*sterni sunt lapides sanctuarii, in*  
*omnium platearum. Quinam sunt lap-*  
*illi sanctuarii, optimè addit, & ce-*  
 rit S. Gregorius: *Hom. 7. in Ezechiel.*  
*Fratres sumus lapides sanctuarii,*  
 quam causam ergo dicuntur Ecclesiæ  
 dispersi per omnia compita, per  
 omnia platearum Jerosolymæ capita? Quæ  
 in mystica Jerosolyma, quæ est Eccle-  
 sia, vivunt sacerdotes ita intricati



gottiis sæcularibus, ut obliiti quasi seruitii Sanctuarii, prophanorum seu sæcularium instar, solis suis invigilent litibus, proventibus, aliisque mundi hujus transitoriis, ac momentaneis nugis: *fam pene nulla est sæculi æstio, quam Sacerdotes non administrent*, pergit S. Gregorius. Ut omittamus autem præcedentium Sanctorum exempla, altiusque penetremus in maledictum illud temporale commodum, propriumque interesse, possemus merito timere, dicebat S. Petrus Damianus, *lib. 1. cap. 62.* ne nobis accidat id, quod apud Esdram registratum legimus evenisse filiis Hobia: *Hi quaeserunt scripturam genealogie sue, & non invenerunt, & ejeti sunt de sacerdotio*: merito dicit Damianus, *Qui facti sunt à patrum suorum claritate dissimiles, in paterno non maneant officio sacerdotes*. Hinc est, quod in Concilio Antiocheno Paulus Samosetanus, tunc temporis Episcopus Antiochenus, impiusque postmodum Hæresiarcha, acerrimè fuerit reprehensu: *quod cū antea vilis esset, ac pauper, à litigantibus per fraudes & dolos pecunias extorserit, usq; se ditavit, & prout narrat Cardinalis Baronius Annaliū suorum Tomo undecimo, An. 266. & 1066. n. 13.* Episcopus Misnensis in cubiculo suo repertus est mortuus, hor-



rendo aspectu, ac nigro colore, deformissimo  
que constitutione, habituque corporis, in-  
cubans suis denariis, maledictis suis nume-  
mis, quos avarissime corraferat; atque hoc  
manifesto dexteræ Dei prodigio, orbi  
tum esse voluit justissimus ipse DEUS, quæ-  
rum anima ipsius detestetur in sacerdotibus  
execrabile pudendumque vitium avaritia.

Certum est, quod positouno absurdo  
inconveniente, sequantur plura, ac extrane-  
ce vitiosa, imo vitio ipso, nonnisi vitia pul-  
lent, eo perniciosiora, quo magis à matre  
prima intoxicata; atque hinc ex avaritia  
exurgit abusus notabilissimus, quod per-  
lam detrahatur honori, cultuique Dei, et  
que hæc avaritia illa mala, quæ apud Pro-  
phetam, Abacuc *cap. 2. v. 9.* vehementer  
reprehensa: *Væ, qui congregant avaritiam  
malam.* Non indigebat sane vitium hoc,  
ut notaretur epicheto hoc *Malam*, dum jam  
Spiritus Sanctus ipsum pronuntiasset pla-  
detestabile: *Avaro nihil est scelestius.* *Eccle-  
siastici 10. v. 9.* Nihilominus, juxta mentem  
Ruperti Abbatis, modo illo loquendi vide-  
tur Propheta vidisse, notasse, ac conde-  
mnasse avaritiam Ecclesiasticorum, ita enim  
scribit: *Equidem avaritia nusquam bona,  
sed ibi excellenter est nimis mala: Horum  
enim*



enim avarus animus, sæcularibus comparatus, nimis est quam enormis, ex illo namque sequitur, quod Dei templa, aliaque eidem sacrata loca, ob sordidam illorum parcitatem ruinam minentur, aut plane decidant, quod Ecclesiarum, altariumque suppellex sit neglecta, ac despecta, Sacræ Mensæ cultus ac ordinatio nauseam quodammodo provocet, ac cum horrore ferè tractentur, ac assumantur paramenta, quorum aliqua præ vetustate sunt lacera, alia præ sordibus aut immunditia abominanda. Jam dudum ante nos carpsit talia, ac detestatum fuit Concilium quartum Toletanum Can. 33. *in edit. Garzia Lovisa. Avaritia radix cunctorum malorum, cujus sitis etiam sacerdotum mentes obtinet. Inde labentium Basilicarum ruine non reparantur, quia avaritia sacerdotali omnia auferuntur.* Multo autem ante hoc concilium miseria ista patuit, ac deplorata fuit in concilio Vernensi, Can. 12. dictum de Palatio à nomine loci in quo fuit celebratum Anno 844. Dum non minus super ruinas templorum DEI materialium, quam mysticorum, qui sunt pauperes, fuit lamentatum: *Videmus enim iram Dei nobis & vobis imminere, dum pro rapinis, & in manibus aliis sceleribus, tum etiam maxime, quod*



quod Ecclesia facultates, quas Reges & reliqui  
Christiani Deo voverunt ad alimentum ser-  
vum Dei & pauperum, ad exceptionem hosti-  
um, redemptionem captivorum, atque tempo-  
rum Dei instaurationem nunc in usu secularium  
detinentur.

Una altera etiam ruina, fortè minus  
considerata, est non minus gravis ac  
periculosa, ex eorundem Ecclesiasticorum  
avaritia oritur, estque cæcitas men-  
tis, per quam adeo decipiuntur ac  
ducuntur, adeoque proprio illi ac mi-  
rabili interesse alligati tenentur,  
nullatenus se queant reflectere quan-  
tam incurrant miseriam, quantæ in-  
reant calamitati in hac vita, quam-  
magna, certe maxima, ipsis maneat  
vita (potius morte) æterna ruina.  
que quo aggravat contra se densum flammam  
Habac, cap. 2. v. 6.

Narrare solitus erat S. Philippus Ne-  
rius (prout legitur in ejus vita lib. 2.  
16. num. 12.) de quodam Ecclesiastico  
qui per aliquod tempus frequentavit  
exercitia Oratorii, quod dum primo  
ipsi oblatum fuisset beneficium Eccle-  
siasticum, diu multumque fuisse tergiversa-



tum ad illud acceptandum, ac postquam constantissimè per longum tempus repugnasset offerentium votis, victus tandem parentum importunitate ac violentia, illud accepit: Elapsis aliquot mensibus, offertur ipsi unum aliud, nec magnam in hoc acceptando demonstravit contradictionem; tandem eo usque processit, ut non expectaret amplius, donec offerretur tertium, sed ipsemet illud instanter sollicitèque quæsivit. Interrogatus desuper, unde tam subita orta fuisset mutatio? Respondit, se per primum beneficium unum perdidisse, & per secundum, alterum, ac proinde ambos, atque ita se jam cecè procedere; *Improbe cupiditatis affectu* (serviunt mihi hic verba sacri Concilii Tridentini) *se ipsos, non DEUM decipientes*. Imitantur certe tales Balaam, de quo dicit sacra scriptura, Num. 25. *vir cuius obturatus est oculus, qui cadens apertus habebat oculos, eodem plane modo Ecclesiastici avari: Oculos aperientes in fide, & non videntes in opere, intra Ecclesiam positi pia specie, extra Ecclesiam inventi sunt impia conversatione; de quibus alias bene scriptum est: vidi impios sepultos, qui cum adhuc*

vi-



viverent, in loco sancto erant. De hujusmodi cœcitate rectissimè monet suos Clerici S. Ambrosius, l. 25. in Iob. præ oculis monstrans, quantum deciperentur ex divisione, imo stulta mutatione, dum corde suo locum dant terrenis rebus, mundi hujus perituris, evanidisque quilibet, æternis, veris, ac permanentibus rebus relictis, neque ad illa mentem suam convertentes: idem ubi supra. *Quid stultius, qui relictis cœlestibus, ad terrena intendisse, posthabitis perpetuis, elegisse ea, quæ casu sunt & fragilia.* Hinc concilium Tridentinum Sess. 6. sapientissimè monet: *Oportet sacerdotes Domini, ut ab appetitu avaritiæ & cupiditatis se cohibentes, sibi subjectis in omnibus virtutum profectibus imitabiles exhibeant, quibus pro omnibus divitiis solus Christus abundat, juxta illud Apostoli: Mibi Christus est, & mori lucrum; ex quo proveniet id; quod dicit sacrum Concilium Tridentinum Sess. 25. de Reformatione, cap. 1. dubitandum est, & fideles reliquos ad Reformationem, innocentiamque facilius inflammantur. Prepositos suos viderint non ea, quæ sunt, sed animarum salutem, ac cœlestem patriam cogitantes.*